

(esarz sąm rząmcę) stronij Dumaiä bawie się kędziej. Dowożendo Umie-
saly nydat, aby się koracy pod Lisiankę kupili. Cies Sumlanski, który
iechali in partes nostras przewożąc Dowożenka, ornajmnie o Sobie
re uiz tam laiechali, y re go dobrze przyjęt.

Od Hanerka Portuare przyjęchali, prosiąc o przyobiecane rzejmu piemiędca

Litera a Principe Transyluania ad M^rmum & Reuerend^m
Vicecancellarium Regni Poloniae

Andm^e ac M^rm^e Dn^e, amice mihi obseruandissime

Tam Sacra Regie M^tis, quam Andm^e M^tis Vrae literas ipsi commissas
reddidit mihi hesternä die Tabellarius S. R. M^tis, quae mixtum dolore apud
me pepererunt gaudium letitiam exprimere Videbatur Regie M^tis, Ser-
nissimaeq; Polonorum Reip: Seruendi oblata occasio, quae si optatum propi-
tio numine produceret fructum, felicem non immerito me censerem, nec quic-
quam, quod in potestate mea situm est, in negotio praefato promouendo defu-
turum credat. Sed ingenti e conuerso dolore affectus sum, ex literis praefatis
Serma Reip: res nec dum in tuto sitas perspiciens. Quamuis itaq; magna In-
genia, atq; in Serma Repub: Polona non desse sciam Consilia, nec eo ambitio-
nis, ut illis praescribam laborem prouitu, candidi interim Amici satisfacere
satagens officio, quaedam ad praesentem ut crediderint collimantia Scopum
Andm^e M^tis Vrae usq; quibus placebit, communicare decreui. Quemadmodum loca-
rum vicinia, conuersione morum, legibus, Connubijs, alijsq; multis rerum connexi-
onibus, Polonos ac Hungaros Deus olim conjunxerat, ita eadem nationes equali fer-
me morbo fuisse et esse obnoxios, res ipsa est testis. Nos Hungari maturionibus
perimus fatis, exemplo, si sana ratione inclijta Polonorum gens, quibus perimus
occasionibus, scrutata fuerit, ipsis futuri. Duo Nationem Nram funditus excidere
Carcinomata: Discordia civilis, ac spes in externis auxilijs plus iusto sita.
Fortissimo enim Matthia Rege Cruino, morte sublato, tantum inter ipsos bello